

Enationis nostrae, aliisque arbitrii nostri poenis districte precipimus, & mandamus ne statuta, conventiones, seu pacta, aut Capitula hujusmodi in aliquo observent, nec iures observare, vel illis deferere, aut ad illorum, seu alicujus eorum executionem procedas, aut procedi facias, donec a Nobis quid super illis statuendum sit, matura de super consultatione adhibita tibi nominatim injunxerimus.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obstantibus praemissis, & aliis quibusvis statutis, & consuetudinibus dictae Ecclesiae etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis concessis, confirmatis, & approbatis, nec non etiam juramento, pro dictorum statutorum observatione, seu pastorum, aut Capitulorum observatione a te praestito, quod ad hunc effectum harum serie suspendimus, & pro suspenso haberi volumus, & declaramus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Aprilis 1612. An. VII.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Aprilis 1612. Pontificatus nostri Anno VII.

C X C V I I.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Committitur Nuncio Apostolico, ut juramentum a Capitulo Salisburgen. praestitum pro observatione praedictorum Statutorum relaxet.

Dilecto filio Magistro Antonio Diaz in utraque Signatura Nostra Referendario, Noistro, & Apostolicae Sedis, ad dilectos etiam filios Praepositum, Decanum, Capitulum, & Canonicos Ecclesiae Salisburgen., Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS.

Dilecte filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

Statuta per Capitulum edita, & juramentum praestitum.

§. 1. CUM, sicut accepimus, dum Ven. frater Wolfgangus Archiepiscopus nuper Salisburgen., Ecclesiae Salisburgen. praeset, quadam Statuta a Praeposito, Decano, & Capitulo Canonicis Ecclesiae Salisburgen. perpetuo observanda edita fuerint, & dilecti etiam filii moderni Praepositi, Decani, Capitulum, & Canonici dictae Ecclesiae illa, & certa alia Statuta, conventiones, seu pacta, aut Capitula per eos nuper, Sede Archiepiscopali Salisburgen. vacante, & antequam ad electionem futuri Archiepiscopi devenirent facta observare juraverint, haec autem omnia a Sede Apostolica minime approbata fuerint; Et sicut etiam accepimus in eis nonnulla Sacris Canonibus minus conformia contineantur.

Commissio, de qua in rub.

§. 2. Nos pro Noistro Pastoralis officii debito, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut quaecumque juramenta per dictos Praepositum, Decanum, Capitulum, & Canonicos in praemissis quomodo-

libet praestita quatenus opus sit, auctoritate Apostolica relaxes, eosque, & quemlibet eorum ad Statutorum, conventionum, pastorum, & Capitulorum hujusmodi observationem minime teneri dicta auctoritate declares.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictis, & aliis quibuscumque dictae Ecclesiae Statutis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiae, illiusque Praesuli, Capitulo, Canonicis, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque teoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Maii 1612. An. VII.

Datum Romae apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris die 12. Maii 1612. Pontificatus nostri Anno Septimo.

C X C V I I I.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Sigismundo III. Poloniae Regi facultas conceditur recipiendi subsidium ab Ecclesiasticis Regni sponte oblatum pro bello contra Moschos.

Charissimo in Christo filio Noistro Sigismundo Poloniae, & Suetiae Regi Illustri.

PAULUS PAPA QUINTUS.

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

Pro bello contra Moschos ecclesiastici Regni Poloniae aliquod subsidium Regi praestare promittunt.

§. 1. EX majestatis tuae literis nuper a Te belli in Moscovia rationes postulent, ut cum novis copiarum supplementis eo proficiscaris, nutantibus, ac partim etiam rebeliantibus Moschis, felicesque progressus tuos Catholicae Religionis hostibus impedire adnitentibus, regiaeque vires exhaustae, & opes accitae sint, dilecti filii Clerus Regni Poloniae, subsidii nomine, aliquam pecuniae summam, eidem Majestati tuae, nostro videlicet ad hoc, & Apostolicae Sedis accedente consensu, conferre sponte volunt.

Hoc sibi permitti perit Sigismundus Rex.

§. 2. Cum autem propter lateranense Concilium, nec non diversas alias Canonicas, & Apostolicas Constitutiones sub diversis censuris, & poenis caveatur, expresse ne, Reges, Principes, & alii Potentatus ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis personis Ecclesiasticis etiam sponte offerentibus, aliquam pecuniarum summam, sive subventio-

tionem recipiant; Nobis propterea humiliter supplicasti, ut praemissis nostram, & hujus S. Sedis auctoritatem interponere dignareremur.

Permittit Pontifex.

§. 3. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, subsidio hujusmodi sponte tamen per Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alias Ecclesiasticas personas pro una vice, & summa, quae eis videbitur tantum tribuendo, nostram, & dictae Sedis auctoritatem interponimus per praesentes.

Ecclesiasticis illud largiendi, Regisque Ministris recipiendi, sine censuram, incursum tribuit facultatem.

§. 4. Et nihilominus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Ecclesiasticis personis praedictis, ut aliquam pecuniae summam hujusmodi semel tantum, ut supra conferendam persolvere, ac Majestas tua, tuique Ministri praedicti petere, & recipere, absque conscientiae scrupulo, ac censurarum, & poenarum praedictarum incursum libere, & licite possint, concedimus, & indulgemus, ipsosque Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alias personas Ecclesiasticas, & earum singulas, quatenus ipsi dictam pecuniae summam promiserint, aut solverint, nec non eandem Majestatem tuam, & tuos Ministros praedictos si illam jam receperint, ab omnibus, & singulis censuris, & poenis propterea quomodolibet incursum eadem auctoritate absolvimus, & absolutos fore censemus, & declaramus.

Contraria tollit.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, ac exemptionibus, immunitatibus etiam in corpore juris clausis, quibusvis generaliter, vel specialiter concessis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quavis alia expressio habenda sit, & in eis caveatur expresse, quod per hujusmodi clausulas generales etiam specialem mentionem importantes eis derogatum esse non censetur, aut derogari videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene observatis. Quibus omnibus eorum tenores praesentibus pro plene expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Archiepiscopo Gnesnensi committitur hujusmodi subsidii exactio.

§. 6. Quo circa Ven. fratri Archiepiscopo Gnesnensi, ut ad praedicti subsidii exactiorem auctoritate nostra Apostolica per personas Ecclesiasticas, & non alias cum a Majestate tua fuerit requisitus, procedat, invocato etiam si opus fuerit, auxilio brachii secularis, tenore praesentium committimus, & mandamus, eidemque eandem exactiorem faciendi facultatem damus.

Exceptis eam pauperibus.

§. 7. Volumus autem, ut pauperes Clerici, qui in redditibus non habent nisi victum necessarium, ad contribuendum minime compellantur.

Praesentium transumptis credi jubet.

§. 8. Praeterea volumus praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici sub-

scriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia adhiberi, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 1. Junii 1612. An. VIII.

Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die prima Junii 1612. Pontificatus nostri Anno Octavo.

C X C I X.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio Concordiae initae inter Regem Catholicum Administratorem Militiae Beatae Mariae de Montefia, & Praeceptorem de Onda, ac Universitatem Oppidi de Onda Dertufen. Dioecesis super quadam Jurisdictione.

Ven. fratri Antonio Archiepiscopo Capuan. Noistro, & Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Procurium.

EX iniuncto Nobis desuper Apostolicae servitutis officio piorum locorum quorundam libet, & maxime Regularium utilitati, & commodis intendentes, ea quae propterea inter fideles quoslibet, semotis litium anfractibus, concorditer facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata perpetuo persistant, libenter cum a nobis petitur, mandamus Apostolico patrocinio roborari.

Ad sopiendas controversias inter Praeceptorem & Universitatem Oppidi de Onda.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, qui Administrator perpetuus Militiae Beatae Mariae de Montefia, & Sancti Georgii de Alfama auctoritate Apostolica deputatus existit, ac dilectorum filiorum moderni Praeceptoris Praeceptoriae Oppidi de Onda dictae Militiae Dertufen. Dioecesis, ac Universitatis, & hominum ejusdem Oppidi petitio continebat, quod cum haecenus graves, & variae lites inter Philippum Regem, uti Administratorem Militiae hujusmodi, ac Praeceptorem ex una, nec non Universitatem, & homines praedictos ex altera partibus, aliosque forsan litium consortes super quibusdam Jurisdictionibus civilibus, & maxime ea, quam *Alphonsum* vulgo vocant in illis partibus, variisque juribus, quorum aliqua ad Praeceptorem pro tempore existentem dictae Praeceptoriae spectabant, videlicet electio unius ex pluribus a Populo deputatis, pro officio Praetoris, seu ut dicunt in illis partibus iustitia civilis, ac graduandi, sive gradatim per ordinem eligendi juratos, aliosque Officiales, alia vero idem Praeceptor ad se licet pluries super illis contemnatus fuerit, spectare praetendebat, rebusque aliis in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis, orta fuerint, & alique, etiam de praesenti in supremo Regio Consilio indecise pendcant.

§. 2. Prae

Partes ad quendam Concordiam devenerit.

§. 2. Præceptor, ac Universitas, & homines prædicti excessivis sumptibus, quos passi sunt, parcere, ac tam eadem, quam dictus Philippus Rex conditionem dictæ Præceptorie meliorem efficere cupientes, ad infra scriptam inter se sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito devenerunt transactionem, videlicet, quod dictus Philippus Rex tamquam Administrator Militiæ prædictæ omnem Jurisdictionem civilem supra expressam, usumque, & exercitium, ejusdem, una cum Arce, Terris, ac omnibus juribus, & pertinentiis, salariis, penis, ac proventibus, & emolumentis, qui ipse tamquam talis Administrator Militiæ, & Præceptor prædictus in eodem Oppido, illiusque Territorio, & Districtu, nec non super Incolis, & Habitatoribus Oppidi hujusmodi nunc tenent, & possident, ac denique omnia, & quæcumque jura, & actiones, seu prætensiones, quæ habent, & ad ipsos nunc spectant, & pertinent, ac spectare, & pertinere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, etiam ratione Jurisdictionis *Alphonse* hujusmodi, ex qua parva, vel minima Jurisdictio resultat, ex quocumque jure, via, modo, forma, titulo, causa, vel ratione, ex quibus omnibus Præceptor dictæ Præceptorie pro tempore existens non ultra l. ducat. auri de Camera annuatim percipiebat, Universitati, & Homines prædictis cedere, renunciare, & transferre, ipsi vero Universitas, & homines in recompensam cessionis, renunciationis, & translationis hujusmodi, bona stabilia valoris in proprietate sex mille, & annui redditus trecentarum librarum monete Valentini, quæ trecentæ libræ summam CCXL. ducat. auri de Camera, vel circa constituunt prædictæ Præceptorie de consensu, & cum interventu dicti Philippi Regis, uti Administratoris generalis Religionis prædictæ, seu ab eo deputati assignare, cum pacto retrovendendi quodcumque, ac idem Philippus Rex tamquam talis Administrator, & Præceptor prædictis omnibus, & quibuscumque litibus, & instantiis occasione prædictæ Jurisdictionis civilis, & *Alphonse*, sive illius usus, & exercitii ubicumque motis, & pendentibus indecis, ac insuper quibuscumque articulis, & provisionibus ab illis dependens, ac juribus, & actionibus, quæ ea occasione quomodolibet prætereunda essent, renunciare, prout cum effectu renunciaverunt: Universitas autem, & homines prædicti omnes, & singulas expensas in expeditione præsentium necessarias de suorum proprio facere tenerentur, ac sub pactis, & conditionibus tunc expressis licitis, & honestis, prout in publico desuper confecto Instrumento dicitur plenius contineri.

Philippus Rex Administrator Militiæ d. Concordiam peti consuetam.

§. 3. Quare pro parte Philippi Regis, & Præceptoris, ac universitatis, & hominum prædictorum asserentium transactionem hujusmodi pro terminandis litibus inter ipsos vigentibus, & ad obviandum illis, quæ frequentes, & graves super præmissis oriri possent, ac pro conservanda inter ipsos pace

factam fuisse, illamque in evidentem dictæ Præceptorie cessisse, & cedere utilitatem, Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus illam approbare, & confirmare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 4. Nos igitur certam de præmissis notitiam non habentes, ipsosque Philippi Regem, ac Præceptorem, nec non Universitatem, & homines prædictos, eorumque singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non instrumenti prædicti tenores etiam veriores, ac dat. præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per præsentem committimus, & mandamus, quatenus si, & postquam vocatis, quiverint vocandi, ac juribus prædictis, illorumque circumstantiis universis prius coram te specificatis, de transactione, & jurium cessione cum pactis, & recompensa prædictis, ac quod illa in evidentem dictæ Præceptorie cesserit, & cedat utilitatem tibi legitime constiterit, illam perpetuo approbare, & confirmare, illique inviolabilis, & Apostolicæ firmitatis robur adijcere, nec non omnes, & singulos tam juris, quam facti, & substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplere, ac transactionem eandem validam, & efficacem fore, & esse, per eosque, ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit firmiter observari debere, ac quid quid secus super his a quoquam qua vis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, irritum, & inane decernere, auctoritate nostra procurare.

Confirmat Paulus.

§. 5. Non obstantibus se. re. Pauli II. Prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Præceptorie, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, quorum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantia tollit.

6. Volumus autem, quod si contingat dicta bona stabilia per Universitatem, & homines prædictos, ut præfertur assignanda, redimi, pretium inde proveniens penes aliquam eadem Sacram omnino deponi, nec inde amoveri debeat, nisi ad effectum convertendi illud in emptionem aliorum bonorum stabilium pro dicta Præceptorie.

Decretum pro indemnitate bonorum ad Præceptoriam pertinentium.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 8. Junii 1612. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 8. Junii 1612. An. VIII.

Con-

CC.

Ex Regest. in Cancell. Apost.

Confirmatio electionis Marci Satici ab Altaemps in Archiepiscopum Salisburgensem.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Marco Satico ex Comitibus ab Altaemps Electo Salisburgens., salutem, & Apostolicam benedictionem.

Extordium.

Divina disponente clementia cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in Apostolica dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituti ad universas Orbis Ecclesias aciem nostræ considerationis extendimus; & pro earum statu salubriter dirigendo Apostolici favoris auxilium adhibemus. Sed de illis Nos propensus cogitare convenit, quas propriis carere Pastoribus intuemur, ut illis juxta cor nostrum Pastores præficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspersionem providam, & providentiam circumspertam salubriter dirigant, & bona Ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis.

Vacante Salisburgensi Ecclesia,

§. 1. Sane nuper, postquam Nos Venerabili Fratri nostro Wolfango Theodorico Archiepiscopo olim Salisburgens. regimini, & administrationi Ecclesiæ Salisburgens., cui tunc præerat, in manibus dilecti filii Magistri Antonii Diaz in utraque Signatura nostra Referendarii, ac nostri, & Apostolicæ Sedis in illis partibus Nuncii cedendi, & ipsi Antonio Nuncio cessionem hujusmodi apostolica auctoritate admittendi, nec non dilectis filii Capitulo dictæ Ecclesiæ ad quos electio personæ idoneæ in Archiepiscopum Salisburgens., dum Ecclesia ipsa pro tempore vacat illi per Romanum Pontificem pro tempore existentem ad electionem hujusmodi præficiendæ juxta concordata dudum inter Sedem præfatam, & Nationem Germanicam inita pertinere dignoscitur ad electionem hujusmodi procedendi facultatem ex certis rationabilibus causis per nostras sub Annulo Piscatoris expeditas literas concesseramus; Cum concessio, & literarum earundem vigore Wolfgangus Theodoricus Archiepiscopus regimini, & administrationi hujusmodi in dictis manibus sponte, & libere cessisset, ac Antonius Nuncius cessionem ipsam dicta auctoritate admisisset, Ecclesia hujusmodi per cessionem eandem Pastoris solatio destituta Capitulum præfati pro futuri Archiepiscopi Salisburgens. electione celebranda vocatis omnibus, qui voluerant, poterant, & debebant electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum præfixa, ut moris est, convenientes in unum te tunc ipsius Ecclesiæ Canonicum de Nobili, & Comitum genere procreatum, & in Subdiaconatus or-

Capitulum Marcum Saticum ab Altaemps in Archiepiscopum elegit.

dine a nonnullis annis constitutum, & ad docendum alios idoneum in eorum, & dictæ Ecclesiæ sic vacantis Archiepiscopum concorditer elegerunt; Tuque electioni hujusmodi illius tibi præsentato decreto consensisti, & deinde Electionis hujusmodi negotium proponi fecisti in Consistorio coram Nobis, petens illam dicta auctoritate confirmari in his omnibus statutis a jure temporibus observatis.

Paulus electionem confirmat.

§. 2. Nos igitur electionem eandem, nec non idoneitatem, & merita personæ tuæ examinari fecimus, & quia invenimus electionem ipsam de eadem persona tua, cui apud Nos de literarum scientia, vita munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium circumspertione, aliisque virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, fuisse canonicè celebratam, illam de Fratrum nostrorum consilio dicta auctoritate approbamus, & confirmamus; Teque eidem Ecclesiæ in Archiepiscopum præficimus, & Pastorem: curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ Salisburgens. tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo in illo, qui dat gratias, & largitur præmia: confidentes, quod dirigente Domino actus tuos præfata Ecclesia Salisburgens. per tuæ circumspertionis industriam, & studium fructuosum regetur utiliter, & prospere dirigetur: ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiat incrementa.

Electumque hortatur eam Ecclesiam sollicite regat.

§. 3. Jugum igitur Domini tuis impostum humeris prompta devotione suscipiens curam, & administrationem præfatas sic sollicite geras, & fideliter exequaris, quod Ecclesia Salisburgens. gubernatori provide, & fructuoso administratori gaudeat se commissam. Tuque præter æternæ retributionis premium nostram, & Apostolicæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis.

Dat. die 15. Junii 1612. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo duodecimo, quarto decimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Idem Marcus Saticus a quibuscumque censuris absolvitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Marco Satico ex Comitibus ab Altaemps Canonico Salisburgens., salutem, & Apostolicam benedictionem.

Apostolicæ Sedis consueta clementia, ne dispositiones per eam de Metropolitanis Ecclesiis pro tempore factæ valeant quomodolibet impugnari, sed personæ ad eas promovendæ illis puro corde, & securâ conscientia præsidere possint, remedia, pro ut convenit adhibet opportuna.

§. 1. Cum itaque Nos hodie electionem

de

de persona tua in Archiepiscopum Salisburgen. Ecclesia ipsa tunc certo modo Pastoris solatio destituta canonice celebratam de fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate approbati, & confirmari; Teque illi in Archiepiscopum, & Pastorem praeficere intendamus. Nos ne si forsan aliquibus sententiis, censuris, & poenis Ecclesiasticis ligatus sis, approbatio, confirmatio, & praefectio praefata valeant, propterea quomodolibet invalide reputari, providere volentes, Te a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quibus quomodolibet innodatus sis, ad hoc dumtaxat, ut approbatio, confirmatio, & praefectio praefata, nec non singulae literae desuper conficienda suum fortiantur effectum, dicta Apostolica auctoritate, tenore praesentium, absolvimus, & absolutum fore nunciamus.

Derogatio contrariorum

Clausula

Dat. die annoque eisdem

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictae Ecclesiae Salisburgen., etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.
§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, & nunciationis infringere, vel ei ausu temerario contrahere. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.
Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo duodecimo, quatuordecimo kalendas Julii Pont. Nostri Anno octavo.

Episcopus Suffraganeos hortatur, ut Electo Salisburgen. obsequium, & obedientiam praestent.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabilibus Fratribus universis Suffraganeis Ecclesiae Salisburgen., salutem, & Apostolicam benedictionem.

Electio, confirmatio, nemque praefectio recent.

§. 1. Hodie siquidem electionem de persona dilecti filii Marci Satici electi Salisburgen. in Archiepiscopum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum, & Ecclesiam Salisburgen., Ecclesia ipsa certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, ipsumque illi, in Archiepiscopum praefecimus, & Pastorem curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Monetque Suffraganeos Episcopos, ut ei obediunt.

§. 2. Quo circa Universitatem vestram monemus, & hortamur attente, vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus eidem Marco Satico Archiepiscopo Electo,

tamquam membra capiti obsequentes exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas; Ita quod mutua inter vos, & ipsum gratia gratos fortiatu effectus: Nosque devotionem vestram possimus propterea in Domino condignis actibus merito commendare.

Datum Romae apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo, duodecimo, quatuordecimo kalendas Julii Pont. Nostri Anno octavo.

Ad Matthiam Imperatorem in idem Argumentum.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Charissimo in Christo filio Matthiae Hungariae Regi in Romanorum Imperatorem Electo salutem, & Apostolicam benedictionem.

Gratia divina premium, & humanae laudis praeconium acquirunt, si per saeculares Principes Ecclesiarum Praelatis, praesertim Pontificali dignitate praeditis opportuni favoris praesidium, & honor debitus impendatur.

§. 1. Hodie siquidem electionem de persona dilecti filii Marci Satici Electi Salisburgen. in Archiepiscopum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum Ecclesiae Salisburgen., Ecclesia ipsa certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus; ipsumque illi in Archiepiscopum praefecimus, & Pastorem curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

§. 2. Cum itaque; Fili charissime, sit virtutis opus Dei Ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis, & operibus pro Regis Aeterni gloria venerari; Majestatem tuam Regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Marcum Saticum Electum, & praefatam Ecclesiam suae curae commissam habens pro nostra, & Sedis Apostolicae reverentia propensus commendatos in ampliandis, & conservandis juribus suis, sic eos tui benigni favoris auxilio prosequaris, quod ipse Marcus Saticus Electus tuae celsitudinis fultus praesidio in commisso sibi curae Pastoralis officio possit, Deo propitio prosperari, ac Tibi exinde a Domino perennis vitae premium, & a Nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo, duodecimo, quatuordecimo kalendas Julii Pont. Nostri Anno octavo.

Dat. die annoque eisdem.

Procurium.

Facti scias.

Ad hortatio ad Matthiam ut novo Archiepiscopo praesto sit.

Dat. die annoque eisdem.

Ca.

Capitulo Salisburgen. in idem Argumentum.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Salisburgen. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Electio factam recent.

Capitulum ad obedientiam suo Pastori debita hortatur.

Dat. die 18 Junii 1612. An. VIII.

Ibid.

Hodie electionem de persona dilecti filii Marci Satici Electi Salisburgen. in Archiepiscopum Salisburgen. per vos, Ecclesia vestra Salisburgen. certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta, canonice celebratam de Fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus; ipsumque illi in Archiepiscopum praefecimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Marco Satico Archiepiscopo Electo, tamquam Patri, & Pastori animarum vestrarum intendentes, etiam exhibentes sibi obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas ejus salubria monita, & mandata suscipiatis, humiliter, efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Marcus Saticus Archiepiscopus Electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Romae apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo duodecimo, quatuordecimo, kalendas Julii Pontificatus Nostri Anno octavo.

In idem Argumentum Clero, & Populo Salisburgen.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diocesis Salisburgen. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Hodie electionem de persona dilecti filii Marci Satici Electi Salisburgen. in Archiepiscopum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum Ecclesiae Salisburgen., Ecclesia ipsa certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta canonice celebratam de Fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, ipsumque illi in Archiepiscopum praefecimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

ca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Marcum Saticum Archiepiscopum Electum, tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, & exhibentes sibi obedientiam, & reverentiam debitas, ejus salubria monita, & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Marcus Saticus Archiepiscopus Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo duodecimo, quatuordecimo kalendas Julii Pontificatus nostri Anno Octavo.

In idem argumentum Clero, & Populo Salisburgen.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Populo Civitatis, & Diocesis Salisburgen. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Hodie electionem de persona dilecti filii Marci Satici Electi Salisburgen. in Archiepiscopum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum Ecclesiae Salisburgen., Ecclesia ipsa certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta, canonice celebratam de Fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, ipsumque illi in Archiepiscopum praefecimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca Universitatem vestram monemus, & hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatenus eundem Marcum Saticum Electum tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, & debita honorificentia pertractantes, ejus monitis, & mandatis salubrius humiliter intendatis. Ita quod idem Marcus Saticus Electus in vobis devotionis filios, & vos in eo per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis.

Datum Romae apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo duodecimo, quatuordecimo kalendas Julii, Pont. nostri Anno Octavo.

Vassallis Ecclesiae Salisburgenis, ut illi debita servitia, & jura exhibeant.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis universis Vassallis Ecclesiae Salisburgen. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Hodie electionem dilecti filii Marci Satici Electi Salisburgen. in Archiepiscopum

Dat. die annoque eisdem

Dat. die annoque eisdem

Pum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum Ecclesie Salisburgen. , Ecclesia ipsa certo tunc expresso modo Pastoris solatio destituta , canonicè celebratam de Fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, ipsumque illi in Archiepiscopum prefecimus. & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesie Salisburgen. sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca universitati vestra per Apostolica scripta mandamus quatenus eundem Marcum Siticum Electum devotè suscipientes, & fidelitatem debitam, & consueta servitia, & jura sibi à vobis debita integre exhibere studeatis, alioquin sententiam, sive poenam, quam idem Marcus Siticus Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignum inviolabiliter observari.

Dat. die an-
noque eisdem

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo duodecimo, quatuordecimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Marco Sitico Electo Salisburgen. facultas conceditur munus Consecrationis a quocumque sibi benevisso Episcopo suscipiendi.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Marco Sitico Electo Salisburgen. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Electionem,
confirmatio-
nemque re-
centet.

Cum Nos pridem electionem de persona tua in Archiepiscopum Salisburgen. per dilectos filios Capitulum Ecclesie Salisburgen. , Ecclesia ipsa tunc certo modo Pastoris solatio destituta, canonicè celebratam de Fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate approbaverimus, & confirmavimus, Teque illi in Archiepiscopum prefecerimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesie Salisburgen. tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Facultatem
concedit, de
qua in rubri-
ca, juncto o-
mnino juramen-
tum præstan-
di.

§. 2. Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Tibi postquam Presbyter fueris, ut a quocumque, quem malueris, catholico antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, accitis, & in hoc illi assistentibus duobus, vel tribus aliis catholicis Episcopis similes gratiam, & communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut recepto prius per eum a Te nostro, & Romanæ Ecclesie fidelitatis debite solito juramento juxta formam presentibus

adnotatam munus præfatum auctoritate nostra impendere libere Tibi possit, plenam, & liberam eorundem tenore presentium concedimus facultatem.

Sub penis hic
expressis.

§. 3. Volumus autem, & eadem auctoritate statuimus, atque decernimus, quod si non recepto prius a Te per ipsum Antistitem præfatum juramento idem Antistes munus hujusmodi Tibi impendere, & Tu illud suscipere præsumpseris, idem Antistes a Pontificali officii exercitio, & tam ipse, quam Tu ab administratione tam spiritualium, quam temporalium Ecclesiarum vestrarum suspensio sitis eo ipso. Præterea etiam volumus, quod formam juramenti hujusmodi a Te tunc præstiti Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes Literas tuo Sigillo munitas per proprium Nancium quantocius destinare procures.

Forma jura-
menti fidelita-
tis.

§. 4. Forma autem juramenti, quod præstabis hæc est - Ego Marcus Siticus Electus Salisburgen. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesie, ac Dño nostro D. Paulo PP. V. suisque Successoribus canonicè intransibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violentè manus quomodolibet ingerantur, vel injuria aliqua inferantur quovis quæsto colore: Consilium vero, quod mihi credituri sunt per se, aut Nuncios, seu literas ad eorum damnum me sciente nemini pandam: Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem: Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo: jura, honores, privilegia, & auctoritatem Romanæ Ecclesie Domini nostri Papæ, & Successorum præfatorum conservare, & defendere, augere, & promoverè curabo; Non ero in consilio, facto, vel tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præjudicialia personaliter juris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur, & si talia a quibuscumque procurari novero, vel tractari, impediam hoc proposse, & quantocius poterò commode significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem ad ipsius notitiam poterit pervenire: Regulas, Sanctorum Patrum decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones, & mandata Apostolica totis viribus observabo, & faciam ab aliis observari: Hæreticos, Schismaticos, & Rebelles; Domino nostro, & Successoribus præfatis proposse persequar, & impugnabo: Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio: Apostolorum limina singulis quatrienniis personaliter, & per me ipsum visitabo, & Domino nostro, & Successoribus præfatis rationem reddam de toto meo Pastoralis officio, & de rebus omnibus ad meæ Ecclesie Statum, ad Cleri, & Populi disciplinam, ani-

ani-

animarum denique, quæ meæ Fidei creditæ sunt, salutem quovis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica præfata humiliter recipiam, & quam diligentissime exequar; Quod si legitimo impedimento detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum Nuncium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut his mihi deficientibus per Diocesanum Sacerdotem, & Clero deficiente omnino per aliquem alium Presbyterum, seu facultarem spectatè probitatis, & Religionis de supradictis omnibus plene instructum: de hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalem proponentem in Congregatione Sacri Concilii Tridentini per supradictum Nuncium transmittendas: Possessiones ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesie meæ inconstituto Romano Pontifice; & si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita Constitutione contentas eo ipso incurrere volo: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Dat. die 19.
Junii 1612.
An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo duodecimo, tertio decimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCI.

Ex Reg. in
Secret. Breve.

Confirmatio venditionis Castri Vallis-cluse in Comitatu Venaysino favore Claræ de Perusis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Humilibus piorum Christifidelium, præsertim Nobis, & Romanæ Ecclesie immediate subditorum votis libenter annuimus, cosque favoribus prosequimur opportunis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Clara de Perusis feudum Vallis-Cluse emit a Magdalena de Sagnet.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilecta in Christo filia Clara de Perusis mulier vidua Avenionen., quod ipsa de Anno 1608., & die 4. Mensis Martii, Castrum feudale Vallis-cluse Cavallicen. Diocesis in Comitatu nostro Venaysino cum jurisdictione, juribus, & pertinentiis suis universis a dilecta similiter in Christo filia Magdalena de Sagnet, & Causan, tunc utili Domino ejusdem Castri, pretio inter eas convento tresdecim millium, sexcentorum, & sexaginta sex scutorum, & solidorum quadraginta ad rationem solidorum sexaginta illarum partium pro quolibet scuto hujusmodi, pro se, suisque hæredibus, & Successoribus emit, & in Instrumento emptio-

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

nis, & venditionis prædictæ, dictum, & expressum fuit, dictum Castrum Vallis-cluse cum ejus juribus, & pertinentiis esse sub directo Dominio Cavallicen. Episcopi, censuque, & servitio consueto, prout in Instrumento desuper confecto per dilectum filium Stephanum Marelli Notarium dictæ Civitatis Avenionen. plenius dicitur contineri.

Episcopus Cavallicen-
sis laudemium sibi
solvendum esse
præsumit.

§. 2. Et subinde cum bo. mem. Hieronymus, dum vixit, Episcopus Cavallicen. jus concedendi investituram dictæ Claræ, nec non laudemium ratione venditionis prædictæ in illis partibus solvi solitum, non Nobis, sed sibi, & pro tempore existenti Episcopo Cavallicen. deberi prætendens, litem super receptione ejusdem laudemii, & concedenda investitura prædicta contra Fiscum nostrum in illis partibus, atque etiam in Romana Curia introduxisset, & interim dicta Clara licentiam petiisset, & obtinisset possidendi dictum Castrum cum ejus juribus, & pertinentiis a Judice Camerae nostræ Apostolicæ in Civitate Carpentoraten. degente, citato Procuratore dicti Hieronymi Episcopi, & in illius contumaciam obtulisset accipere investituram, & solvere laudemium, cui magis de jure deberetur, ac successive, prædicto Hieronymo Episcopo vita functo, jurium, & spoliatorum Camerae nostræ Apostolicæ debitum in illis partibus Subcollector laudemium hujusmodi exigi curasset, lite, & causa tam super prædicti laudemii solutione, quam quantitate, ad quam laudemium hujusmodi solvi deberet, & an ad Camera, vel Episcopum prædictum pertineret, & spectaret, indecisi pendentes, prædicta Clara ad instantiam præfati Subcollectoris, & commissarii spoliatorum, persolvit scuta ducenta eidem Commissario ad bonum computum dicti laudemii, Sede Episcopali adhuc vacante.

Deinde ipsa Clara infeudationem a Pontifice petiit.

§. 3. Postmodum, facta provisione dictæ Ecclesie Cavallicen. de persona Venerabilis Fratris Octavii Episcopi Cavallicen., cum dicta Clara differret sumere dictam investituram a Camera nostra, illiusque officialibus in illis partibus commorantibus, & solvere residuum dicti laudemii prædicto subcollectoris, de mandato ejusdem subcollectoris fuerunt factæ piguationes, & executiones in, & super bonis mobilibus, & immobilibus ejusdem Claræ, ac etiam super dicto Castro Vallis-cluse tam ante, quam post adeptam per prædictum Octavium Episcopum possessionem dictæ Ecclesie, non obstantibus oppositionibus, & appellationibus factis, & interpositis per dictam Claram, & Procuratorem præfati Octavii Episcopi prætendentis jus concedendi investituram, & percipiendi dictum laudemium nondum integre solutum ad se pertinere, ob quod dicta Clara a dilecto filio Thesaurario Camerae nostræ in Comitatu Venaysino, cum interventu dicti subcollectoris, & aliorum officialium Camerae nostræ apostolicæ in partibus prædictis commorantium, & cum protestationibus, reservationibus, & sub pactis, & qualitibus contentis in Instrumento desuper

N 3 con-

confectio per dilectum filium Franciscum Geresi vice-feribam dicte Camera, eidem subcolleitori consignavit, & tradidit centum salmatas frumenti, ex quarum pretio solvit scuta 300. ultra alia 200. predicta ad bonum computum dicti Laudemii, ratione supradicti Spolii, ulterioresque litium anfractus evitare cupiens, pro residuo ejusdem Laudemii, alia septingenta scuta similia Nobis persolvere obtulit, dummodo venditioni, & emptioni predictis beneplacitum, seu consensum oportunum, ac apostolice nostre confirmationis robur adiacere, ipsiusque Castri infestationem illis modo, & forma, quibus predicta Magdalena, seu illius Antecessoribus concessa fuerat, concedere digneremur.

Qui impostio super hac causa sitentio Episcopo

§.4. Nos igitur predictam Claram specialibus favoribus, & gratis proficui volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutam fore censentes, Motu proprio, ac ex certa scientia nostris, deque apostolice potestatis plenitudine litis, & cause predictarum statum, & merita, ac predicti instrumenti tenorem, presentibus pro expressis habentes, item, & causam predictas, quoad laudemium hujusmodi, in statu, & terminis, in quibus coram quibuscumque iudicibus reperiantur ad Nos avocamus, & cassamus, extinguimus, ac penitus annullamus, modernaque, & pro tempore existenti Episcopo Cavallicen. perpetuum super pretenso hujusmodi laudemii silentium imponimus, nec non septingenta scuta predicta pro omni, & toto eo, quod ratione laudemii hujusmodi exigi solitum erat, & a Nobis tam ratione spolii, quam alio quocumque jure pretendi poterat, recipimus, & admittimus, ac ab Officialibus nostris, ad quos spectat, recipi, & admitti precipimus, & mandamus, ac residuum eidem Clare gratiose remittimus, & condonamus.

Venditionis que contractam approbat.

§.5. Et insuper motu, & scientia paribus, ac de plenitudine potestatis nostre apostolice beneplacitum, & consensum predictum prestamus, nec non premissas venditionem, & emptionem dicti Castri Vallis-cluse, & instrumentum predictum, ac omnia, & singula in eo contenta, licita tamen, & honesta apostolice auctoritate, tenore presentium, approbamus, & confirmamus, ac illis firmitatis robur adiciamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitate forsitan omisaram, ac alios quantumvis substantiales defectus, etiam de stylo dicti Comitatus, ac etiam ex dispositione Constitutionum Apostolicarum quomodolibet, & qualitercumque requisiti, cognitos, & incognitos, si qui principaliter, vel accessorie intervenerint in

eisdem, etiam de illis ad hoc, ut suppleri possent, specialis mentio facienda esset, plenissime supplemus; & dicti Castri Vallis-cluse infestationem, nulla tamen ipsius feudi primava natura immutata, ac modo, & forma, quibus primitus concessa fuit, cujus tenorem, etiam presentibus pro expresso haberi volumus, sine tamen in reliquis prejudicio jurium Ecclesie, & pro tempore existentis Episcopi Cavallicen., ac presentem super directo Dominio ab eo pretenso, predicta Clara pro se, suisque heredibus, & successoribus, auctoritate, & tenore predictis, concedimus.

§.6. Decernentes motu, & potestatis plenitudine similibus, quod si super directo Dominio predicto, & jure concedendi Investituram ratione directi Domini hujusmodi ad favorem dicti Episcopi Cavallicen. moderni, & pro tempore existentis ullo umquam tempore lis terminari, & decidi, ac judicari, & directum dominium, ac jus concedendi Investituram predictam eidem Episcopo, tamquam directo Domino, competere declarari contingat, nihilominus predicta Clara, ac dicti ejus Heredes, & Successores, neque super Laudemio, neque super Investitura a Nobis concessa predictis ullatenus molestari possint.

§.7. Presentesque nostras literas nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod quicumque in premissis interesse habentes, seu habere pratendentes ad id vocati non fuerint, neque solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta fuerint, seu quovis alio pretertextu, causa, & occasione de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari, nullatenus posse, sed etiam absque eo, quod in eadem Camera Apostolica presententur, & in ea, suisque Libris admittantur, & registrentur, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Sicque per quoscumque iudices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus premissis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellarie nostre Apostolice regula de jure quesito non tollendo, nec non felic. record. Pij Papae IV. Prædecessoris nostri, & aliis quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dicti Comitatus Statutis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis, Indultis, & literis Apostolicis dicti Comitatus, illiusque habitatoribus, & Incolis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-

Et quamvis Castellum illud ad directum Episcopi Cavallicen. Dominium spectare decernatur, Clarum de Perusis super hac investitura prohibet perturbari.

Clausula pro hujusce Constitutionis firmitate.

Obstantia tollit.

& innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis mentio habenda foret, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 25. Junii 1612. An. VIII.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1612. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCII.

Ex Regest. in Secreti. Brev.

Seminarium Anglicanum in Oppido Matriti Toletanae Diocesis eximitur a jurisdictione Archiepiscopi, & immediate subicitur Sedi Apostolicae.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Pastoralis officii cura, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commissa postulat, ut ea, qua priorum locorum quorumlibet, presentium Collegiorum, & Seminariorum ad Juventutis religiosam educationem, ac in ecclesiasticis, aliisque salutaribus disciplinis institutionem pie instructorum, tranquillo statui, felicique progressui conducunt, libenter concedamus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Privilegium de quo in rub.

§.1. Itaque dilectos filios Rectorem, scolares, Ministros, & alias personas Collegii, seu Seminarii Nationis Anglicanae in Oppido Matriti Toletanae Diocesis canonice erecti, ut apostolico praesidio suffulti, & a quibusvis perturbacionibus, & gravaminibus releventur, & in sua vocatione utilius persistant, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personae quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotate existant, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati Collegium, seu Seminarium praedictum, illiusque Rectorem, ac scolares, Ministros, & alias personas quascumque, nec non ejusdem res, & bona quocumque, ab omni, & quacumque jurisdictione, correctione, visitatione, superioritate, & potestate moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Toletan., illiusque officialium, & Ministrorum quorumcumque, apostolica auctoritate, tenore presentium tam in universum, quam singillatim perpetuo eximimus, & liberamus, illosque, & illa sub B. Petri, ac nostra, & Sedis apostolice protectione suscipimus, nobisque, & pro tempore existenti Romano Pontifici etiam perpetuo subiciamus, itaut modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus praedictus, ejusque officiales, & Ministri,

ullam, quovis pretertextu, & ex quacumque causa in dictum Seminarium, ejusque bona, Rectorem, Ministrum, scolares, ac alias personas, res, & bona quacumque jurisdictionem, correctionem, potestatem, & superioritatem habere, & exercere minime possint.

Clausula.

§.2. Decernentes presentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, nec non Collegio, seu Seminario, & aliis praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutorem deputat.

§.3. Quocirca iudicibus a pro tempore existente Protectore dicti Seminarii similiter pro tempore nominandis, per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Rectoris, & Collegialium, ac aliorum praedictorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in premissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Rectorem, & Collegiales, aliosque praedictos earumdem presentium, omnium eis concessorum usu, & effectu pacifice frui, & gaudere; Non permittentes illos deluper a quoquam, quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. Prædecessoris Nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas, aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, ac Apostolicis, nec non in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 3. Julii 1612. An. VIII.

Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 3. Julii, 1612. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Re-